

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Relinquere o  
cum uariis

Multum enim reliquit qui sibi nichil retinuit, multum reliquit qui quamlibet parum totum deseruit. Certe nos et habita ex amore possidemus et ea que minime habemus ex desiderio querimus. Multum ergo Petrus et Andreas dimiserunt quando uterque desideria habendi dereliquit. Multum dimisit qui cum re possessa eciam concupiscenciis renunciauit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt, quanta a non sequentibus concupisci potuerunt.

Gregorius omelia V.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

nichil] nil L<sup>2</sup>; quamlibet] quantumlibet M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; minime] non V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uterque]  
etiam *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; potuerunt] poterunt B C; Gregorius] in *add.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; V.] 6. P V<sup>1</sup>